



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem excentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetii, 1706**

Titulus III. De collatione Ordinum, & requisitis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

## ADNOTATIONES.

**S**UB EODEM TECTO . Duo Beneficia simplicia , sive disformia, si-  
ve similia , & uniformia sint , dummodò  
non incompatibilia , conferri possunt sub  
eodem tecto ab Episcopo , & absque alia  
Papæ dispensatione retineri , dummodò  
quodlibet de per se ad substantiationem  
provisi non sit sufficiens , sic declaravit  
Sac. Cong. Concil. in Alexandrina 17. Junii  
1630. his verbis -- Inhaerendo declarationi-  
bus alias factis , censuit facultatem dispen-  
sandi super duobus Beneficiis sub eodem tecto  
quam habet Episcopus ex dispositione juris  
communis , non esse sublatam à Conc. Trid.  
c. 17. sess. 24. dummodò quodlibet de per se  
non sit sufficiens ad substantiationem provisi ;  
Et ita censuit in Cœsenat. 20. Decemb. 1631.

*Et in Assisen. in qua exponebatur -- Sa-  
cerdos Laurentius Ugolinus possidens Bene-  
ficium simplex in Ecclesia Cathedrali annui  
redditus scutorum quatuor cum dimidio &c.  
fuit presentatus ad Cappellaniam in eadem  
Ecclesia Cathedrali ecclesiam ad Altare Cru-  
cifixi anni redditus scut. 15. cum onere &c.  
sed quia eidem institutionem denegat Episc-*

*copus sub dubio , quod Orator nequeat di-  
Beneficia uniformia sub eodem tecto absque  
dispensatione retinere , supplicat idem Ora-  
tor declarari dicta duo Beneficia non esse uni-  
formia , neque incompatibilia , & posse ab  
ipso absque dispensatione retineri -- Die 12.  
Januarii 1697. Sacr. Congr. censuit Orato-  
rem nulla indigere dispensatione . Et tra-  
dunt communiter Januen. prax. Cur. Ar-  
chiep. Neap. cap. 64. n. 5. ex doctrina Fe-  
lin. in cap. Ex parte il 2. n. 3. de rescript.  
Tondut. quæst. Benef. tom. 1. part. 2. c. 5.  
§. 6. n. 6. 7. & 8. Navar. cons. 16. de Præb.  
lib. 3. Barbos. de Offic. & Poteſt. Episc. al-  
leg. 62. num. 17. Panimol. decis. 31. per tot.*

**N O N S I T S U F F I C I E N S .** Duo  
tantum Beneficia , si insufficientia sint ad  
substantiationem provisi , confert Episco-  
pus sub eodem tecto , non autem plura ,  
quamvis disformia , & insufficientia , ut  
advertisit Januen. loc. cit. n. 6. & declaravit  
Sac. Cong. Concil. in Aquilana 14. Aug. 1632.  
-- Episcopum habenti unum simplex Benefi-  
cum non sufficiens ad illius substantiationem ,  
posse aliud simile conferre , sed non posse pla-  
ra , quamvis simplicia , usque ad ejus suffi-  
cientem substantiationem eidem conferre .

## T I T U L U S III.

## De collatione ordinum , &amp; requisitis .

Edicti de ordinatione habenda.

## F O R M U L A I.

## S U M M A R I U M .

- 1 Superiores Regulares dimissorias Subdi-  
tis concedunt ad solum Episcopum  
Diocesanum Monasterii , in cuius fa-  
milia ordinandus reperitur .
- 2 Regulares ordinandi tenentur exhibere  
solum litteras dimissorias .
- 3 Ordinationes sacrorum ordinum debent  
celebrari in Ecclesia Cathedrali , &  
non in Cappella Palatii Episcopali .
- 4 Qui natus , & educatus fuit inter Ca-

tholicos , præsumitur baptizatus , &  
potest ordinari etiam sine fide baptis-  
matis .

- 5 Nato in partibus Hæreticorum ex  
Conjugibus Catholicis non possunt  
denegari dimissorie ex motivo defi-  
cientiae fidei baptismatis . Idem te-  
neas de confirmatione , & n. 6.
- 7 Episcopus dispensat cum illegitimis ad  
ordines minores .
- 8 Requisita ordinandorum juxta diversi-  
tatem Diocesum variantur .
- 9 Episcopus potest , sed non tenetur ex-  
aminare Extratos ordinandos , qui ha-  
bent testimonium proprii Episcopi  
de eorum idoneitate .

N. Epi-

## N. Episcopus. N.

**U**niversis, & singulis etiam Regularibus intra nostrae Dioecesis, & jurisdictionis fines commorantibus tenore praesentium notificamus, qualiter Nos sacram Ministrorum Dei ordinationem, quae statutis anni temporibus ad Sacrorum Canonum prescriptum fieri debet, die Sabbathi Quatuor Temporum post primam Dominicam Quadragesimæ, quæ erit die .... mensis Martii currentis anni .... Divina favente Clementia, generalem ordinationem in nostra Cathedrali solemniter habituri sumus. Propterea quæ ad singulos sacros majores ordines promoveri cupiunt, per mensem ante coram Nobis desiderium exponant ad prescriptum *Sac. Conc. Trid. sess. 23. c. 5. de Reform.* & deinde in hebdomada post Dominicam Sexagesimæ, quæ erit .... Qui verò ad primam Clericalem Tonsuram, sive minores ordinis admitti cupiunt, se coram Nobis hic in Civitate, & RR. DD. Examinatoribus nostris constituant ab hora .... usque ad occasum solis Feriae quartæ, quinta, & sextæ infra hebdomadam dictorum Quatuor Temporum, secumque unusquisque deferat attestaciones unicuique ordinis suscipiens necessarias, prout infra continetur, ad effectum se examini subjiciendi, ut investigatis singulis respectivè estate, moribus, litteratura, natalibus, aliisque requisitis, habiles ad id repertos admittere possimus. Quamobrem mandamus omnibus Parochis Civitatis, & Dioecesis, ut presens Edictum inter Missarum solemnia primo Dominicæ die publicè recitent vernacula lingua, ac promulgatum ad valvas Ecclesiæ affigant, & reliqua, quæ in eodem Edicto continentur, adimpleant sub penitio arbitrio infligendis. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco  Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

## Requisita Ordinandorum sunt.

*Pro prima Tonsura.*

- 1 Fides Baptismi pro ætate septem annorum, c. in singulis 77. dist.
- 2 Fides confirmationis, *Trid. sess. 23. cap. 4. de Reform.*
- 3 Examen Testium super legitimis natalibus, vita, & moribus.
- 4 Fides Magistri Scolæ.
- 5 Fides Parochi de vita, & moribus, & Doctrinæ Christianæ frequentatione.
- 6 Examen, & approbatio.  
*Pro Regno Neapoli.*
- 7 Fides Parochi de publicatione nominis, ætatis, cognominis, deside-

*Pro Ultramontanis.*

- 8 Dimissoriæ directæ uni, & certo Ordinario cum expressione prefatas diligentias præcessisse, ex Decreto *Sac. Congr. Deputatæ jussu Greg. XV. 22. Junii 1623.*
- 9 Dimissoriæ sint recognitæ à Nunciis Apostolicis, & deinde in Curia ex Bulla Urbani VIII. Constitut. 33. secretis.
- 10 Pro Ordinibus Minoribus.
- 11 Fides, seu Testimoniales de Tonsura, & Ordine jam suscepto.

F 2 2 Fi-

- 2 Fides Magistri Scholæ, necnon servitii præstiti Ecclesiæ, cui sunt adscripti, & Doctrinæ Christianæ frequentationis, nisi absit causa studiorum.
- 3 Fides Parochi de vita, & moribus, habitus Clericalis gestatione, & de frequenti perceptione communionis.
- 4 Pro Accolitatu fides ætatis 12. ann.
- 5 Examen, & approbatio.
- 6 Si ordinandus sit exterus, litteræ dimissoriæ etiam pro prima Tonsura contineant causam, ob quam à proprio Episcopo ordinari non possit, alias non admittetur, *Concil. Trid. sess. 7. cap. 11. de Reform.*

*Pro Subdiaconatu.*

- 1 **B**eneficium, vel Pensio Ecclesiastica, vel Patrimonium anni redditus scut. . . . quod jure realiter, & pacifice possideatur, *Trid. sess. 21. cap. 2. de Reform.*
- 2 Attestatio Parochi de publicatione Patrimonii (pro his, qui ordinantur ad hunc titulum) inter Missarum solemnia, necnon nominis, & desiderii personæ ordinandæ.
- 3 Testimonialis de ultimo ordine minori suscepito anno jam elapsø, nisi utilitas, vel necessitas Ecclesiæ aliud suadeat.
- 4 Fides de ætate viginti duorum annorum inceptorum.
- 5 Fides de ordinum jam susceptorum exercitio, servitio Ecclesiæ, cui est adscriptus, præstito, & Clericalis habitus, & Tonsuræ gestatione.
- 6 Fides Parochi de vita, & moribus, Doctrinæ Christianæ, ac Communionis frequentatione.
- 7 Fides de Exercitiis spiritualibus in loco destinato peractis, ex Decret. Sac. Cong. Episc. & Regul. jussu san. mem. Innoc. XI. 9. Octobris 1682.

*Pro Diaconatu.*

- 1 **T**estimonialis de ordine Subdiaconatus suscepito.
- 2 De denunciationibus factis in Parochia.

- 3 De ætate viginti trium annorum inceptorum.
- 4 De Subdiaconatus exercitio, & servitio Ecclesiæ, cui est adscriptus præstito, ac Clericalis habitus, & Tonsuræ gestatione.
- 5 De vita, & moribus, Doctrinæ Christianæ, & Sacræ Communionis frequentatione.
- 6 De pacifica possessione, & fructuum perceptione Beneficii, seu Pensionis, seu Patrimonii, ad quod, seu quam petit ordinari.
- 7 De Exercitiis spiritualibus in loco destinato peractis.

*Pro Presbyteratu.*

- 1 **T**estimonialis de ordine Diaconatus suscepto.
- 2 De denunciationibus in Parochia.
- 3 De ætate 25. annorum inceptorum.
- 4 De exercitio ordinis Diaconatus, servitio Ecclesiæ, cui est adscriptus, & Clericalis habitus, & Tonsuræ gestatione.
- 5 De vita, & moribus, Doctrinæ Christianæ, ac Communionis frequentatione.
- 6 De pacifica possessione, & fructuum perceptione tituli, ad quem petit ordinari.
- 7 De Exercitiis spiritualibus in loco destinato peractis.

*Idem N. Cancellarius Episcopalis.**Promoveri non Possunt.*

- Non baptizati, *cap. Veniens de Presbyt. non baptiz.*  
Illegitimi, *cap. Presbyter 56. diff.*  
Minores natu, c. *Qui in aliquo 51. diff.*  
Non confirmati, *Conc. Trid. sess. 23. c. 4. de Reform.*  
Neophiti, d. c. *Qui in aliquo, & c. Quoniam 48. diff.*  
Uxorati, *Extrav. Jo. XXII. antiquæ Ec.*  
Bigami, *cap. Si quis 33. diff. & tot. tit. de big. non ord.*

Cri-

Criminosi , cap. Laici diff. 33. Conc. Trid. Ieff. 14. cap. 7. de Reform.  
 Infames , cap. Infames 6. quæst. 1.  
 Publicis rationibus impliciti , cap. Legem 534 diff.  
 Servi , c. De Servorum , de ser. non ordin. Eunuchi , cap. Si quis 55. diff.  
 Corpore vitiat , c. Illitteratos 36. diff.  
 Insigniter deformes , cap. fin. 51. diff.  
 Amentes , & furiosi , d. c. Qui in aliquo Energumeni , c. Communiter 33. diff.  
 Peregrini , & ignoti , d. c. Qui in aliquo Ebrietati , & gulæ dediti , cap. 23. de vit. & honest. Cler.  
 Usurarii manifesti , c. Episcopus 47. diff.  
 Rudes , & ignari , Concil. Trid. Ieff. 23. per tot.  
 Irregulares , c. Sæpè de temp. ord. in sexto. Suspensi.  
 Interdicti .  
 Excommunicati .  
 Morbo comitiali laborantes .  
 Lanii , Cauponæ , Mimi , Histriones . Qui saeva exercuit , vel denunciavit secura pena , vel mutilatione . Cap. Communiter , cap. Clerici diff. 33. cap. unico de vit. & honest. Cleric. in sexto , Clem. 1. eod. tit. cap. His quis 23. quæst. & cap. Sententia sanguinis nè Cleric. vel Monach. c. Ex Litteris de excess. prælat.

## ADNOTATIONES.

**1 ETIAM REGULARIBUS.** Superior res Regulares dimissorias eorum Subditis concedere non possunt ad Episcopum originis , sed tantum ad Diœcenum illius Monasterii , in cuius familia ordinandus positus est , ut mandat Decret. Clem. VIII. editum 15. Maii 1596. quod referunt Pac. Jord. tom. 1. lib. 3. tit. 6. n. 23. Nicol. in fosc. verb. Regul. n. 34. Lantusch. Theatr. Regul. verb. Ordo .

**2** Regulares tamen ordinandi non tenentur exhibere attestations ætatis , Parochi , nec Magistri Scholæ , sed quoad hæc , & alia requisita sufficit testimonium suorum Superiorum , Barbos. supra Conc. Ieff. 23. cap. 5. Nicol. lucubr. Can. lib. 1. tit. 11. post n. 32. vers. denique .

**3 IN NOSTRA CATHEDRALI.** Ordinationes generales , præsertim si confederat Monacelli Form. Pars I.

rantur Sacri Ordines , debent celebrari in Ecclesia Cathedrali , non autem in Capella Palatii Episcopalis , prout nonnulli Episcopi per abusum faciunt contra expressam Concilii dispositionem , quam servandam esse declaravit Sac. Congregat. Concil. apud Garz. de benef. par. 8. cap. 1. n. 77. Sacr. Congr. Episc. apud Fagnan. in Ordinando n. 45: de Simon. & Sac. Congr. Rituum in Sarren. 9. Jan. 1696. referente Eminentiss. Card. Colloredo .

**4 ÆTATE.** Si ordinandus ad probandum ætatem fidem Baptismatis non habet , & agatur de nato ex Parentibus Catholicis , & fideliter inter hos conversatis , præsumitur baptizatus , & hæc sola præsumptio habetur pro veritate , & certitudine , ad Text. in c. veniens in fin. de Presbyt. non baptiz. & ideo posset ordinari , dummodò non adessent probations in contrarium eum non fuisse baptizatum , Nicol. in fosc. verb. Dimissoriæ n. 5.

**5** Immò quod etiam nato in partibus Hæreticorum ex Parentibus tamen Catholicis , non possint denegari dimissoriæ ex motivo deficientiæ fidei baptismatis respondit Sacr. Congr. Episcop. in Landen. 30. Augusti 1619.

**6** Et quod dicitur de fide Baptismatis idem teneas quoad Confirmationem , nam si non constaret , quem fuisse confirmatum , sufficit juramentum confirmati reminiscentis , & afferentis se hoc Sacramentum recepisse , si aliter probari non posset , Nicol. lucubr. Can. lib. 1. tit. 11. de qualit. ordin. n. 4.

**7 NATALIBUS.** Cum illegitimis Episcopos dispensat quoad Ordines Minores vigore cap. 1. de fil. Presbyter. in 6. Piasec. prær. Episcop. part. 1. cap. 1. art. 10. n. 15.

**8** Requisita Ordinandorum non sunt semper eadem in omnibus Diœcensibus , quia præter præscripta à Sac. Canonibus , & Concil. Trident. aliquando Episcopi illa exigunt pinguiora , prout eis magis in sensu suo expedire , & profitia esse arbitrantur. Aliqui enim etiam extra Regnum Neapolis volunt , quod pro prima Tonsura fiant proclamationes in Ecclesia Parochiali , & quod initiandi deferant attestations Fori Sæcularis , quod nullo unquam tempore fuerint inquisiti

criminaliter de delicto . Alii vero exigunt , quod Ordinandi in Sacris deferant attestations de frequentatione collationum casuum conscientiae . Alii denique requirunt in Ordinibus Sacris peritiam Cantus Gregoriani , de quibus requisitis habetur sparsim in Synodibus Farfensi de anno 1686 . Albanensi 1689 . & Esino , & Cæsenatenzi 1695 . ac Hostiensi 1699 . Tapis editis .

**9 HABILES AD ID REPERTOS.**  
Hæc clausula debet verificari in Subditis Ordinandis : Exteri enim , qui Ordines suscipere cupiunt , non est necesse , quod examinentur , dummodo in litteris dimissorialibus à suis Ordinariis quo ad litteraturam , & idoneitatem approbentur . Quidquid etenim olim dixerint DD. de hoc , an scilicet Ordinans tene-

retur exterios iterum examinare , non obstante approbatione proprii Ordinarii necne ? & affirmativam sententiam in prætenendam esse opinetur Pac. Jord. lucubr. tom. I. lib. 6. num. 17. & trib. seqq. hodie contraria sententia verior est ; quam amplexa fuit Sacr. Congregat. Concilii in Verulana 17. Januarii 1693. in qua exposito Dubio -- Episcopus Verulanus ad conscientiae sue serenitatem supplicando refert : Cum sèpè contigat , quod mihi offerantur Ordinandi alieni Subditi , prævia exhibitione litterarum Dimissorialium proprii Episcopi attestantis eorum litteraturam , & idoneitatem , quero -- An ipse teneat dictos Ordinandos iterum examinare super dictis litteratura , & idoneitate ? Sacr. Congreg. respondit -- Non teneri , sed posse .

### Litterarum Testimonialium Parochi de requisitis pro prima Tonsura.

#### F O R M U L A II.

**E**go infrascriptus Parochus Ecclesiae N. præsentibus litteris medio juramento testor N. qui ad primam Tonsuram Clericalem promoveri cupit , in anno ætatis . . . . constitutum , filium legitimum , & naturalem N.N. Conjugum ex mea Parochia fuisse baptizatum sub die . . ut constat ex libro Baptizatorum dictæ meæ Parochiæ , in quo sic habetur ( hic ponantur ipsamet verba libri . )

Item testor fuisse confirmatum ab N. nostro Episcopo ( sive ab Episcopo N. de licentia ) prout liquet ex libro Confirmatorum ejusdem Parochiæ , in quo sic habetur ( & hic ponantur verba libri . )

Item morum , & vitæ integritate commendari , diebusque Dominicis Doctrinam Christianam frequentasse . In quorum &c. Datum &c.

Ego N. Parochus Ecclesiae S. N.

Si autem attestatio est facienda in Regno Neapolis , aut in alio loco , in quo vigore Synodi , vel Edicti Episcopi debent fieri proclamationes , addenda erunt in fine sequentia verba -- meque denique die festo inter Missarum solemnia nomen , & desiderium ejus in mea Parochiali Ecclesia denunciasse , nec quemquam de populo hac re per me requisito , & admonito ullum impedimentum opposuisse .

Quando autem Rector , vel Parochus , aut Archipresbyter non potest de omnibus unica attestatione fidem facere , tunc testetur per scripturas separatas , prout infra .

Ego infrascriptus Archipresbyter Plebis N. testor N. in . . . . ætatis anno constitutum , filium legitimum , & naturalem N. N. Conjugum ex hac mea Paro-

Parochia fuisse baptizatum sub die . . . prout constat ex libro Baptizatorum hujus Parochiae, in quo sic habetur, (*& ponantur ipsam et verba libri*) in cuius fidem praesentes litteras, etiam medio juramento, manu propria subscripsi, & sigillo meo munivi Die . . .

Ego N. Archipresbyter Ecclesiae Parochialis N.

Vel dicat . . . Testor me in libro, in quo descripti sunt Baptizati ex mea Parochia adinvenisse hujus natalis memoriam, his verbis ad notatam videlicet &c.

Litterarum Testimonialium de Sacramento Confirmationis.

F O R M U L A III.

Ego infra scriptus Archipresbyter Ecclesiae Parochialis N. Testor N. Sacramentum Confirmationis suscepisse ab Illustriss. & Reverendiss. D. N. Episcopo, prout constat ex libro Confirmatorum hujus meae Parochiae, in quo sic scriptum habetur, (*& ponantur verba libri*) in cuius fidem has praesentes litteras medio juramento manu propria subscripsi, & sigillo meo munivi hac die . . .

Ego N. Archipresbyter Ecclesiae Parochialis N.

Litterarum Testimonialium de vita, & moribus, & Doctrinæ Christianæ frequentatione.

F O R M U L A IV.

Ego infra scriptus Archipresbyter Plebis N. testor quantum humana fragilitas nosse finit N. ex mea Parochia esse honestis moribus, bonæque famæ, diebusque Dominicis, & festis Doctrinam Christianam frequentasse, & frequentare. In quorum fidem has praesentes litteras etiam medio juramento manu propria subscripsi, & sigillo meo munivi. Datum &c.

Ego N. Archipresbyter &c.

Denunciationis faciendæ à Parocho inter Missarum solemnia pro promovendo ad primam Tonsuram.

F O R M U L A V.

S U M M A R I U M.

1 Prima Tonsura potest conferri illi, qui habet requisita Concilii, licet ob aliquod impedimentum non Canonicum non valeat ascendere ad alios Ordines.

2 Subditi tenentur revelare Episcopo præcipienti ea, quæ tendunt in damnum Communitatis fidei, & publici boni.

**D**Esiderando N. di questa Parochia essere ascritto alla militia Clericale con pigliare la prima Tonsura, se alcuno sapesse ch'egli havesse canonico impedimento, per il quale non potesse ascriversi nella detta militia, come per esempio se non fosse cresimato, fosse scomunicato, interdetto, irregolare, inquisito, processato, condannato, overo havesse altro impedimento personale, o difetto, debba per carità, & in virtù di santa ubbidienza rivelarlo à me in termine d'otto giorni; accioche non trovandosi alcuno de' sudetti impedimenti possa pigliare la prima Tonsura.

## AD NOTATIONES.

**O** ALTRÒ IMPEDIMENTO. Prima Tonsurá potest conferri illi, qui habet requisita cap. 4. sess. 23. de Reform. sicet ob aliquod impedimentum non canonicum non possit ascendere ad alios Ordines, & non obstante cap. 1. L. ejusdem sess. quia Concilium ibi loquitur de quatuor Ordinibus minoribus tantum, ut advertit Barbos. in Sum. decis. Apostol. collect. 598. num. 1.

**IN VIRTU DI SANTA UBBI-**

**DIENZA.** In publicatione Edictorum, quæ continent hanc clausulam, Parochus, sive Curatus populo explicare curabit, quod hujus clausulæ, seu præcepti vigore, tam mares, quam fœminæ tenentur sub pena peccati mortalis revelare impedimenta, aliaque, quæ vergunt in damnum Communis, fidei, & publici boni, si certò sciant, & revelare negligent. Subditi enim tenentur obedire Superiori talia præcipienti, ex traditis à Bonacis. tom. 1. disp. 6. tit. de oner. & obligat. de nunc. punct. 1. §. 4. n. 3. & 5.

## Denunciationis factæ attestatio.

## F O R M U L A VI.

**E**go infra scriptus Archipresbyter Ecclesie N. testor, & fidem facio inter Missarum celebrationem die festivo nomen, cognomen, & desiderium N. videlicet die... mensis.... anno me denunciasse, & promulgatis iis, quæ impedit possunt, quo minus idem N. ad Clericalem statum promoveri possit, omnes, & singulos monuisse, ut si quod notum haberent impedimentum, Christiana dœti charitate, & præcepto obedientiæ obstricti ad me deferrent, nullumque oppositum fuisse impedimentum. In quorum fidem mea manu interposito etiam juramento praesentes litteras subscrispi, & sigillo meo munivi hac die....

Ego N. Archipresbyter, seu Parochus &c.

Testimonialium Parochi complectentium omnia requisita pro minoribus Ordinibus.

## F O R M U L A VII.

**E**go infra scriptus Parochus Ecclesie N. presentibus litteris medio juramento testor N. Ecclesie meæ Parochiali adscriptum in collatione primæ Tonsuræ, & qui ad Hostiariatus, & Exorcistatus minores Ordines promovefi cupit, probis in oribus prædictum esse, Habitum, & Tonsuram Clericalem gestare solitum

litum esse decentem, semel in Mense Sacram Communionem sumpsiisse, functionesque Clericales exercuisse, ac denique Doctrinam Christianam frequentasse, & assiduo labore huic exercitio incubuisse. In quorum &c. die &c.

N. Parochus Ecclesiæ N.

Testimoniales separatae pro eisdem minoribus Ordinibus.

### F O R M U L A VIII.

**E**go infra scriptus Parochus Plebis N. testor quantum humana fragilitas nosse sinit N. Clericum ex mea Parochia, qui ad minores Ordines N.N. promoveri cupit, esse vitæ integritate, bona fama, atque moribus præditum, Habitumque Clericali, & decenti Tonsura semper incessisse. In quorum fidem præsentes litteras testimoniales, etiam medio juramento manu mea subscripsi, & mei sigilli impressione munivi hac die...

N. Parochus Ecclesiæ N.

N. Testimonialium de perceptione Communionis.

### F O R M U L A IX.

**E**go infra scriptus Archipresbyter Ecclesiæ Parochialis N. testor Clericum N. ex mea Parochia, qui ad minorem Ordinem N. promoveri cupit, frequenter, & prefertim primis saltim diebus Dominicis cuiuslibet mensis Sacrosanctæ Eucharistiae pabulo religiosè refectu fuisse. In quorum &c. Datum &c.

Ego N. Archipresbyter &c. seu Confessarius.

Testimonialis de frequentatione Doctrinæ Christianæ.

### F O R M U L A X.

### S U M M A R I U M.

<sup>1</sup> Clerici debent esse adscripti Societati Doctrinæ Christianæ.

**E**go infra scriptus Parochus Ecclesiæ N. fidem facio Clericum N. ex mea Parochia, qui ad Acolytatus Ordinem promoveri cupit, Catalogo confratrum Doctrinæ Christianæ adscriptum, assiduo labore ad Doctrinam Christianam ediscendam, & edocendam incubuisse, & in diebus Dominicis, & festis incumbere. In quorum fidem præsentes testimoniales litteras etiam medio juramento manu mea subscripsi, & mei sigilli impressione munivi, hac die...

Ego N. Archipresbyter &c.

### A D N O T A T I O.

**C A T H A L O G O C O N -**

fratrum. Supponitur in formula, quod in Parochiali Ecclesia reperiatur erecta Sodalitas Doctrinæ Christianæ, quæ juxta monitum Bullæ B. Pii V. erigi debet in omnibus Parochiis.

cialibus, & quod Clerici in albo Confratrum reperiantur descripti, ut possint salutis dogmata alios docere, & condonceri: Cum non tantum indigeant hoc pabulo ligures montani, agrestes, & rudes, sed etiam qui mollibus vestiuntur, & in dominibus Regum sunt, ignorantiamque, & caliginem hanc nientibus effusam, longe, latèque diffusam deploremus.

Testimonialis de exercitio Ordinis,  
& servitio Ecclesiae.

### FORMULA XI. SUMMARIUM.

- <sup>1</sup> Clerici qui non deferunt Tonsuram, & Coronam patentem, non debent promoveri.  
Clerici Beneficiati, & in Sacris Ordinibus constituti, si non deferant Tonsuram, & Coronam, peccant mortaliter, ibid.

**E**go infra scriptus Parochus &c. testor Clericum N. ex mea Parochia, qui ad minorem Ordinem Acolytatus promoveri cupit, dictæ meæ Ecclesiae servitio adscriptum, functiones jam susceptorum Ordinum in Habitu Clericali, & decenti Tonsura, diebus festis in eadem Ecclesia devotè obiisse. In quorum &c. Datum &c.

N. Parochus N.

### ADNOTATIO.

**E**t DECENTI TONSURA. Quia non pauci, qui Clericali militiae nomeni dederunt, verentur Clericalem Tonsuram, & Coronam patentem deferre, ac si Dominus, qui eos in partem suam vocavit, hujusmodi texera ignominia vestiret. Ideoque Episcopus si quos inveniat tali carere requisito, abstineat ab impositione manuum donec corriganter, quia ex hujusmodi defectu magnum indicium oritur eos veram vocationem non habere ad Statum Ecclesiasticum, sed secularis Judicii fugiendi causa, & non Deo fidelem cultum praestandi hoc vitæ genus elegisse. Sciantque Clerici Beneficiati, & Sacris Ordinibus

initiati, quod si non incedant in Habitum, & Tonsura decenti, & coronam non deferant, peccant mortaliter, ut tenent communiter Abb. in cap. Si quis de vit. & honest. Cler. & alii quamplures quos refert, & sequitur Sperell. decif. 66. nu. 11. Grass. dec. aur. p. 1. lib. 3. c. 3. n. 1. 2. 3.

Testimonialium Ludimafstri.

### FORMULA XII. SUMMARIUM.

- <sup>1</sup> Ludimafstri non possunt exercere, nisi ab Episcopo approbatifuerint, etiam si ab Universitatibus Laicorum fuerint nominati.

**E**go infra scriptus Ludimafster, qui approbatus, & emissâ fidei professione Grammaticam, seu litteras humaniores doceo in loco N. Diœcesis N. medio juramento fidem facio Clericum N. qui ad minores Ordines N. N. admitti cupit meam Scholam ab anno .... usque ad ... modestè frequentare solitum esse, & bona indole, bonisque moribus præditum, & Christianè educatum esse, ac in litteris proficere. In quorum fidem mea manu præsentes subscripti, & sigillo meo munivi. Datum hac die.

Ego N. Ludimafster loci N.

A D-

## ADNOTATIO.

**I** QUI APPROBATUS. Potest Episcopus prohibere Ludimagistris exercitium Scholæ , quamvis fuerint nominati à Communitatibus Laicorum , nisi prius fuerint ab eodem approbati , ut respondit Sac. Congreg. Concil. in Asculana Apuliae 28. Iuli 1691.

Denunciationis pro Ordinibus Sacris.

## FORMULA XIII.

## SUMMARIUM.

**I** Clerici quando dicantur malæ vitæ , ut debeant ab ordinatione repelli .

**2** In taxanda quantitate reddituum Beneficii pro titulo Ordinandorum non sunt detrabenda onera Missarum , si Ordinandus donec ascendat ad Sacerdotium prorata Missarum aliquando habeat undè vivere possit , & num. 3.

**4** Patrimonium pro Ordinando semel constitutum amplius revocari non potest praetextu , quod fuerit fictitious donatum .

**5** Patrimonium constitui potest à Patre , & Fratribus valide , etiam si nihil donantibus remaneat pro viatu .

**6** Pater non potest donare uni filio Clerico pro patrimonio in præjudicium legitimæ aliorum filiorum .

**E** Scendo che il Chierico N. di questa Parochia desideri d'esser promosso al Sacro Ordine del .... à titolo del suo Patrimonio (ò Beneficio , ò Pensione ) in conformità del Sac. Concilio di Trento , e dovendosi questo suo desiderio manifestare à tutti . Perciò se alcuno sapesse , che il detto N. habbia qualche canonico impedimento , per il quale sia inhabile al detto Sacro Ordine , cioè che non fosse nato di legitimo matrimonio , ò fosse scommunicato , interdetto , irregolare , inquisito , quarelato , processato , condannato , ò havesse altro difetto notabile personale , ò fosse di mala vita , e costumi , ò che non legittimamente possedesse il Patrimonio (ò Beneficio , ò Pensione ) al cui titolo deve ordinarsi , consistenti in Terreni posti nel Territorio .... vocabolo .... ò che non fosse di annua rendita libera di scudi . . . moneta corrente per la di lui congrua sostentatione , ò pure che il suddetto Patrimonio sia sottoposto al fideicommisso , obligato , ipotecato , ò finto , simulato , e fiduciario , ò che chi ha costituito il detto Patrimonio sia talmente gravato di debiti , ò pesi personali , che non li restino altri beni sufficienti per il sostentamento proprio , e della famiglia : per carità si prega , & in virtù di santa ubbidienza se gli comanda , che lo debba in termine d'otto giorni manifestare à me , acciò possa riferirlo al nostro Illustrissimo , e Reverendissimo Vescovo ò vero al di lui Vicario Generale , accioche non trovandosi nessuno degli sopradetti impedimenti possa il detto N. conseguire il detto Sacro Ordine , e questa è la prima Denuncia .

## ADNOTATIONES.

**I** DI MALA VITA , E COSTUMI . Tunc diceretur promovendus malæ vitæ , & malis moribus imbutus , ut posset repellere ab Ordinum consecutione , si esset solitus arma portare , est enim res Clericis inhonesta cap. Convenientior 23. quæst. 4. si Tabernas frequentaret extra occasionem itine-

ris , si publicè aleis luderet , aut aliis ludis prohibitis tempus tereret , si haberet conversationem mulierum , si delectaretur frequenti venatione , Choreis , & commessionibus , si implicaret se negotiis sæcularibus : Circa quæ inquisitio Examinatorum , ut plurimum versari debet .

**2** DI ANNUA RENDITA LIBERA DISCUDI . In dignoscen-

scenda sufficientia redditus Beneficii illius, qui Ordines Sacros petit, Episcopi, sive eorum Vicarii animadvertere debent, quod in caleculo introituum, non debent detrahi onera, si quae habet Missarum, sed inspiciendus erit calculus omnium fructuum, oneribus Missarum non attentis, ad constituendam summam à Synodo, vel consuetudine Diocesis requisitam: Nisi tamen in fundatione Beneficii cautum esset, quod in casu impedimenti, Beneficiatus teneatur per alium celebrare; & dummodo ordinandus donec ascendet ad Sacerdotium pro rata Missarum aliunde habeat, quo vivere possit, sic enim censuit *Sac. Congr. Conc. in Tiburtina Ordinationis 8. Julii 1690.* quam resolutionem confirmavit, & sequi posse declaravit etiam post Bullam novissimam Innocent. XII. ad tollendos abusus ordinandorum editam de mense Novembris 1694. in *Signina Ordinationis 14. Aprilis 1696.* & in *Neapolitana, seu Scalen. 19. Februar. 1701.* quod valde notandum videtur pro intelligentia illorum verborum in dicta Bulla §. Licet verò contentorum, ibi — *detractis oneribus per se sufficiat;* quæ juxta sensum dictorum Decretorum referenda sunt ad alia onera, non verò ad obligationem, & onera Missarum.

3. Et cum huic ultimæ Decisioni, (ut verum fatear) meus intellectus non acquiesceret, quia mihi non videbatur confona *Textui Concilii sess. 21. cap. 2. de Reformatione.* neque dictæ Bullæ, nec sententiae aliquorum DD. nempe Ricc. *prax. for. Eccles. part. 3. resol. 354. num. 11.* Capon. *discept. 25. num. 26.* ex quo Ordinandus poterat ratione absentiae, irregularitatis incurvae, morbi incurabilis, vel delicti, se impotentem reddere ad celebrandas per se ipsum Missas Beneficio injunctas, & ita per alium oneribus satisfactis, diminutionem reddituum pati, & amplius ratam pro congrua sufficiatione non remanere, & sic di-

spositioni Concilii, & Bullæ non esse satisfactum: Nihilominus mihi ita opinanti respondebatur, quod lex respicit ad quod frequenter accidit, & non ad ea, quæ raro contingunt, *I. nam ad eaff. de leg.* Ideoque cum promovendus regulariter per se ipsum satisfacere possit oneribus Missarum Beneficio injunctis, bene verificatum remanet, quod habeat titulum validum, & sufficiens percipiendo integros Beneficii fructus. Cumque sapere non debeamus plusquam oportet, ut monet Apostolus, oraculo Sac. Congregationis standum erit.

4. O FINTO. Patrimonium semel constitutum non potest amplius revocari prætextu, quod fuerit fictitiæ constitutum, & donatum, nec admittitur constituens, aut donans ad allegandam, & probandam fictionem, sed cogitur illud liberè ordinato consignare, sic respondit *Sac. Congr. Episc. in una Januen. 6. Septembris 1697.* proponente Eminentissimo Colloredo.

5 CHE NON LI RESTINO ALTRI BENI. Hic non abs re notandum est, quod Patrimonium Clerici non diceretur fictum, neque fiduciarium, neque insufficiens, si Patri unà cum Fratribus insimul donantibus nihil remaneret pro eorum viatu, dummodo donatio sit realis firma, legitime facta, & tot bonorum, ut fructus ascendat ad summam præscriptam in Diocesi, prout advertit Nicol. *lucubr. Can. lib. 1. tit. 11. post num. 23. vers. 6.* quod Patri. ubi Decretum Congregationis allegat.

6. Quidquid sit quando solus Pater donat uni filio Clerico pro Patrimonio in præjudicium aliorum filiorum, non reliqua eis legitima portione, ut distinguit idem Nicol. *lucubr. Civil. lib. 2. tit. 7. de donat. inter viv. num. 15. vers. immo filius,* Ventr. *prax. part. 1. adnot. 42. §. 1. num. 24.*

Testi.

Testimonialium Denunciationis pro Ordinibus Sacris.

F O R M U L A XIV.

**E**go infrascriptus Archipresbyter, &c. fidem facio, ac medio juramento attestor, qualiter vigore litterarum mihi à Reverendissimo D. N. Vicario Generali sub die...transmissarum, Clericum N. ex mea Parochia Sacro Ordo... in futura proxima ordinatione initiari cupientem ad titulum Beneficii Ecclesiastici sub invocatione N. anni redditus scut.... vel ad titulum Pensio-nis scut.... sibi reservatæ super.... vel ad titulum Patrimonii consistentis in uno Praedio sito in Territorio...vocabulo... anni redditus scut.... denun-ciavi, ac illius nomen, & desiderium in dicta mea Ecclesia tribus diebus festi-vis, videlicet.... inter Missarum celebrationem publicè proposui, promul-gatisque iis, quæ impedire possunt, quominus ille ad prædictum Sac. Ordinem promoveri possit, non solum quoad illitus mores, & natales, verùm etiam quoad qualitates Beneficii (scilicet Pensio-nis, scilicet Patrimonii) singulos mon-nui, ut si quod cognoscerent, atque scirent canonicum impedimentum charitate Christiana, & præcepto obedientiæ duci ad me deferrent, nullum-que fuit oppositum impedimentum.

Testor item eum functiones Ordinum, quos jam recepit, in dicta mea Ecclesia, cui adscriptus reperitur, exercuisse, & tunc, & aliàs semper Clericalem Habitum, & Tonsuram decentem gestasse, Sacramque Eucharistiam primis Dominiciis diebus cuiuslibet mensis sumpsisse, Doctrinæque Christianæ exercitia fre-quentasse. Præterea bono testimonio de legitimis ejusdem natalibus, moribus, & vita à fide dignis, diligentia facta inquisitione, commendatur. De ætate vero ex libro baptizatorum sic constat (*& hic ponantur verba libri*) In quorum, &c.

N. Archipresbyter Ecclesiæ Parochialis N.

Si autem Archipresbyter, vel alijs Ecclesiæ Parochialis Rector, non valeret, seù non vult omnia requisita unica attestatione complecti, tunc poterit uti formulis separatis supra positis pro Ordinibus minoribus, mutatis tantum nomi-nibus, & Ordine. Et si requiratur pro Ordinando in Sacris etiam fides de frequentatione collationum casuum conscientiæ, tunc formula poterit concipi, & extendi sequenti, vel simili modo.

Testimonialium frequentationis conferentiæ casuum conscientiæ.

F O R M U L A XV.

S U M M A R I U M.

<sup>1</sup> Conferentiæ casuum conscientiæ sunt in loco ab Episcopo designato.

<sup>2</sup> Ad Congregationes casum conscientiæ coguntur omnes Confessarii Seculares, cœ-teri hortantur, & num. 3.

**E**go infrascriptus ad præsidentium disceptionibus casuum conscientiæ fieri solitus ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. nostro Episcopo in loco N. De-

Deputatus, testor Clericum N. ex Parochia N. ad Sacrum Ordinem N. promoveri cupientem, easdem ab anno .... usque ad .... continuo cum fructu sponte frequentasse. In cuius fidem has praefentes litteras, etiam interposito juramento, manu propria subscripsi, ac sigillo meo muniui. Datum, &c.

Ego N. Praeses collationum casuum conscientiae loci N.

#### ADNOTATIONES.

**I N L O C O N.** Conferentiae Casuum Conscientiae, quae pro Parochorum, & Sacerdotum Ruralium profectu ex dispositione Synodi Diocesanæ sive Edicti Episcopi, sunt in locis Diocesis, sunt facienda in loco ab Episcopo arbitrando, & designando, non attento, quod locus ab Episcopo electus, & ad quem Parochi, & Confessarii etiam Dignitate insigniti debent accedere, & interesse, non sit dignior, & aliis prærogativis supra omnes decoratus, ut bis resolvit Sac. Congreg. Concil. in Forolivien. Januar. 1696. & 6. Julii 1697.

**S P O N T E.** Ponitur in formula adverbium istud sponte ad ostendendum, quod Clerici, aliqui Sacerdotes Seculares non Confessarii possunt quidem, & debent hortari, sed non cogi ad interestendum Casuum Conscientiae conferen-

tiis, ut plures declaravit Sac. Congr. Concil., & novissimè in Civitatis Plebis 15. Martii 1692. in qua collatis Decretis, quae ad invicem videbantur pugnare, ad Dubium propositum -- An Episcopus possit compellere Canonicos Confessarios, ceterosque Presbyteros Cathedralis sub pena pecunaria, ut accederent ad Congregationem Casuum Conscientiae, responsum fuit -- Posse compellere omnes Sacerdotes Seculares Confessarios, et tamen Canonici sint, ceteros autem hortari.

3 Hæc resolutio, quae cum antiquis Decretis relatis à Pignatell. consult. 18. tom. 8. à Panimol. decif. 1. annot. 18. num. 20. concordat, fuit deinde confirmata à Congregatione particulari Deputata in Vigilien. Synodi 20. Maii 1699. in response ad 35. Decretum, & iterum in Congregatione generali in Ariminien. 18. Julii ejusdem anni, & prius in alia Sancti Angeli Bisacciarum 15. Aprilis 1590.

Testimonialis Cancellarii de tit. Beneficii.

#### F O R M U L A XVI.

**P**ER Præsentes fidem facio Ego infra scriptus Curiae Episcopalis N. Cancellarius, Clericum N. qui ad Sac. Ordines promoveri cupit, habere Beneficium Ecclesiasticum in Ecclesia S. N. hujus Diocesis sub invocatione S. N. erectum, constat ex litteris Collationis illi factæ per N. mihi exhibitis, illudque verè, & pacifice possidere, & esse annui redditus scut. .... prout Testes super his à me formiter examinati deposuerunt: Testorque Revendissimum D. Vicarium Generalem pronunciasse, & Decreto declarasse, prefatum Beneficium esse sufficiens, ita ut idem N. Clericus ad illius titulum Sacris Ordinibus initiari valeat, ut constat ex actis meis. In quorum fidem has litteras meo solito signo, meaque manu roboravi Die, &c.

Ita est Cancellarius Episcopalis.

Tellis

Testimonialis ejusdem de tit. Pensionis.

F O R M U L A XVII.  
S V M M A R I V M.

1 Episcopus non potest ordinare suum familiarem triennalem ad titulum

Pensionis, nec Patrimonii pro utilitate Ecclesiae, sed requiritur Beneficium, & num. 2.

3 Potest ad titulum Pensionis, & Patrimonii ordinare Viros doctos, vel nobiles probatae vitae, quia his indiget Ecclesia.

**P**resentibus litteris fidem facio Ego infrascriptus Curiæ Episcopalis N. Cancellarius, Clericum N. loci N. hujus Diœcesis, qui ad Sacros Ordines promoveri cupit, habere Pensionem annui redditus scut.... super Beneficio Ecclesiastico N. in Ecclesia N. sub tit. N. prout constat ex litteris ipsius Pensionis expeditis Romæ sub datum... mensis... anno... mihi originaliter exhibitis, eique dimissa copia collationata, restitutis, illamque verè, & pacifice exigere, & possidere, prout Testes super his à me formiter examinari depoſuerunt, & appetet in actis meis. Testorque Reverendissimum D. Vic. Generalem Decreto suo pronunciasse Pensionem p̄famatam esse sufficientem, ita ut idem N. ad illius titulum Sacris Ordinibus initiari valeat, quatenus Illustrissimo, & Reverendissimo D. nostro Episcopo, utilitate, vel commoditate Ecclesiæ videatur promovendus. In quorum &c. (u. suprā.)

Ita est N. Cancellarius Episcopalis.

A D N O T A T I O N E S .

1 **L**OCI N. HUJUS DIÆCESIS. Exteri, qui pensionem obtinuerunt super aliquo Beneficio Diœcesis Episcopi Ordinantis, non efficiuntur subditi ad effectum, ut illis Sacros Ordines sine Dimissoriis proprii Ordinarii conferre valeat, neque prætextu utilitatis Ecclesiæ, neque familiaritatis triennalis: sed attenta præsertim Bulla Innoc. XII. de qua supra in adnot. Formulae XIII. mentionem fecimus, exigitur Beneficium in propria Diœcesi, ut declaravit, Sac. Congr. Concil. in Tricaricen. 27. Juli 1697. in qua proposito Dubio -- An stante novissima Constitutione Sanctissimi D.N. posset Episcopus familiarem triennalem ad titulum Patrimonii promovere ad Sac. Ordines ob necessitatem vel utilitatem Ecclesiæ nullo collato Ecclesiastico Beneficio: respondit: Negativè: & est contra Garz. de benef. par. 2. cap. 5. num. 81. Barbos. in summ. decis. Apostol. collect. 353. num. 14. Tondut. de pens. cap. 34. num. 5. 6. & 16.

2 Et quod dicitur de Patrimonio pro-

cedit in titulo Pensionis, quia hæc nullum habet jus spirituale annexum, sed consistit in mera temporalitate, sicuti Patrimonium, & utrumque significat Concil. Trid. sess. 22. cap. 2. de refor. quidquid dicendum esset, præcisa dicta Bulla de familiari triennali, juxta sensum antiquarum declarationum Sac. Congr. Concilii supra d.c. 2. sess. 21. & sess. 23. cap. 9. de reform.

2 PRO UTILITATE VEL COMMODITATE ECCLESIAE. Professando explicationem clausulæ præcedentis, advertitur hic, quod titulus Pensionis non recipitur nisi servata forma Concilii Trid. cap. 2. de refor. innovata / ad tollendos abusus quamplurimorum Episcoporum, qui passim sine delectu admittebant absque ulla Ecclesiæ utilitate, vel necessitate ordinandos ad titulum Pensionis, & Patrimonii) à Sanctissimo terque Maximo Pontifice Innocent. XI. Decreto S. Congr. Concilii sub datum Romæ 3. Martii 1679.

3 Necessitas autem, vel saltem utilitas Ecclesiæ pro admittendo Patrimonio, vel Pensione regulariter concurrit, & altera adesse cenetur, quoties agitur

agitur de promovendo Viro docto, vel nobili probatae vitæ, & integratatis, quibus valde indiget Ecclesia, cap. super specula de præb. cap. cum ex eo de elect. in 6. Ricc. prax. for. Eccles. tom. 3. resolut. 457. num. 3. Ventr. prax. par. 2. adnot. 44. §. unico num. 29. quod nota pro captando arbitrio Episcoporum, qui non semel rerum cortici hærendo, excusatione deficitæ Beneficii, etiam hos ab ordinatione repellunt.

Testimonialis ejusdem de titulo P. trimonii.

### F O R M U L A X V I I I .

#### S U M M A R I U M .

- 1 Patrimonio constituto cum conditione, quod reverti debeat ad donantem, quoties ordinatus acquirat alia bona ad viatum sufficientia, non revertitur sine Decreto subrogationis Episcopi, & num. 2.
- 3 Patrimonium non potest ab Ordinato alienari, quamvis habeat alia bona unde vivere possit sine licentia Epis.
- 4 Patrimonii possessio non sufficit, nisi percipientur fructus.

**P**Er præsentes testimoniales litteras omnibus fidem facio Ego infrascriptus, me die... mensis... anno.... rogatum fuisse de assignatione, & constitutione Patrimonii facta R. N. Clerico N. à N. quod consistit in... & est annui redditus pro parte Domicali scut.... fidemque facio dictum Patrimonium à Reverendissimo D. Vicario Generali hujus Curiæ fuisse approbatum, itaut ad titulum illius d. N. ad Sacros Ordines promoveri valeat, si ita videbitur expedire Illustrissimo, & Reverendissimo D. Episcopo. Insuper testor supradictum N. verè, & pacificè dictum Patrimonium possidere, & fructus percipere prout Testes super prædictis à me examinati deposuerunt; & de omnibus plenè constat ex actis meis. In quorum &c.

N. Cancellarius Episcopalis.

Si autem Instrumentum constitutionis Patrimonii non esset rogatum ab ipsomet Cancellario, sed ab alio Notario, tunc in formula testetur de exhibitione Instrumenti mutatis mutandis.

**A D N O T A T I O N E S .**  
**D E A S S I G N A T I O N E , E T C O N S T I T U T I O N E .** Sæpè in constitutione Patrimonii solet apponi conditio, quod si ordinandus esset provisus post ordinationem quandomunque de Beneficio, vel bona aliunde acquireret, ex quibus commodè vivere posset, tunc, & eo casu Patrimonium reverti debeat ad constituentem, vel ejus hæredes, quæ tamquam licita est admittenda, & servanda, ut tradunt Garz. de benef. par. 2. cap. 5. num. 169. Nicol. lucubr. can. lib. 1. tit. 11. num. 23. vers. limita secundò.

2. At per simplicem acquisitionem

Beneficii Ecclesiastici, sive aliorum bonorum, non extinguitur titulus Patrimonii antea assignati, nec perdit exemptionem à gabellis, neque revertitur ad constituentem: Sed est necesse quod ab Episcopo sive ejus Vicario Generali, Beneficium (utcumque ad viatum sufficiens) sive bona per ordinatum acquisita specificè subrogentur ad instantiam ordinati, aut aliorum interesse habentium loco Patrimonii, cum ad eumdem Episcopum spectet recognoscere, an Beneficium, sive bona ordinato perventa sint tuta, & sufficientia ad congruam illius sustentationem, ut rejecta contraria sen-

sententia, quam tenent Garz. de benefic. part. 2. cap. 5. n. 186. & alii, apud Bonac. de Sacram. Ordin. disp. 8. par. 5. n. 41. firmant de veriori Barbos. de off. & potest. Episcop. alleg. 19. num. 90. Nicol. lucubr. can. lib. 1. tit. 7. de renunc. num. 5. Ventrigl. prax. part. 1. annot. 42. §. 2. num. 3. ubi quod hæc sententia in praxi servatur, Panimol. dec. 6. annot. 3. num. 6. ubi Decretum Sacr. Congr. Immunit. allegat. ead. Sacr. Congreg. in Firmana 10. Julii 1540. lib. 3. decret. fol. 123. Civitatis Castelli 5. Maii 1648. lib. 4. fol. 49. à tergo.

3. Et hinc evenit, quod bona in Patrimonium assignata alienari, nec distrahi per ordinatum non possint, quamvis assēcutus fuerit Beneficium, vel alia bona sufficientia pro sua congrua sustentatione, antequam sequatur Episcopi subrogatio, & licentia, ut probant mox allegatae autoritates; quod est notandum, quia non pauci falluntur.

#### 4. ET FRUCTUS PERCIPERE

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

**U**niversis, & singulis præsentes nostras testimoniales litteras visuris, & lecturis fidem indubiam facimus, & testamur qualiter Nos die .... mensis .... anni... Sabbatho quatuor temporum, generalem ordinationem habentes in nostra Ecclesia Cathedrali inter Missarum solemnia, dilectum in Christo N. (Cum litteris Dimissorialibus, sui Ordinarii, si est exterus) examinatum, approbatum, idoneumque repertum, per Examinateores à Nobis deputatos, ad Ordinem (si Ordo est sacer exprimat titulum ad quem ordinavit) .... juxta Ritum S.R.E. & servata forma Sacr. Concil. Tridentin. ac Decreto rum Sacr. Congregat. in Domino ritè promovimus. In quorum &c. Datum die....

N. Episcopus N.

Loco ✽ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

#### ADNOTATIONES.

**I**CVM LITTERIS DIMISSORIALIBVS. Quando ordinandus est exterus, semper Episcopus in Testimonialibus debet exprimere

Monacelli Form. Part I.

R E. Non sufficit nuda, & sterilis possessio Patrimonii, ad cuius titulum quis promovetur, sed debet esse pacifica, & cum perceptione fructuum, Ventrigl. prax. par. 1. annot. 4. 2. §. 1. n. 8.

Testimonialium de Ordinibus collatis.

#### FORMULA XIX.

#### S U M M A R I V M.

- 1 Episcopus ordinando exterum debet in Testimonialibus mentionem facere de litteris Dimissoriis.
- 2 Et exprimere titulum, ad quem promovit, si contulit Sacros Ordines.
- 3 Ultramontanos non ordinat, nisi ad Formam Constitutionis Vrb. VIII. Secretis, etiam si permaneret in Collegiis Italiæ.

G 2. SER-

Ordinem contulisse vigore litterarum Dimissorialium, de quibus si postmodum non appareat, adhuc ordinanti credendum esset, ut respondit Sacr. Congregat. Episcop. in Tarraconen. 29. Octobris 1592.

2. SERVATA FORMA. Si verò Episcopus conferat Ordinem Sacrum, debet pro forma in Testimonialibus exprimere titulum, ad quem promotum ordinavit, ad litteram Text. in cap. si Episc. de præb. in 6.

3. Et si agatur de Ultramontanis, Ordines conferre non debet, nisi illorum Dismissoriae sint recognitæ, & approbatæ per Nuncios, seu Collectores Apostolicos, ad præscriptam formam Constitutionis 35. Urbani VIII. Secretis, quamvis ordinandi permanerent in Collegiis Italiæ, Sac. Congreg. Concil. in Bonon. 15. Martii 1692. Indultum speciale non haberent.

Testimonialium Collationis prima  
Tensuræ extrâ tempora.

#### FORMULA XX.

#### SUMMARIUM.

- 1 Ordines minores possunt conferri extra Missam etiam ab Episcopo non jejunio.
- 2 Ordinandi non est necesse, quod examinantur ab Examinatoribus Synodalibus.
- 3 Clerici in ordinatione debent adscribi servitio Ecclesiæ, & n. 4. 5. 6. & 7.

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

**U**niversis, & singulis praesentes nostras testimoniales literas inspecturis notum facimus atque testamur, qualiter Nos die . . . mensis . . . anni . . . particularem ordinationem celebrantes in Cappella . . . Dilectum in Christo N. omnia requisita habentem, examinatum per nostros Examinatores deputatos idoneumque repertum, prima Clericali Tonsura initiali juxta ritum S. R. E. & servata forma Sac. Concil. Trid. eumque servitio Ecclesiæ N. adscriptissimus. In quorum omnium fidem praesentes nostra manu subscrisimus, nostrique sigilli impressione muniri jussimus. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

#### AD NOTATIONES.

1. IN CAPPELLA. Nulla fit mentio in hac testimoniali de celebratione Missæ, sed dicitur ordinationem fuisse factam in Cappella N. ad demonstrandum, quod exceptis Ordinibus Sacris, qui de necessitate præcepti in Missa conferuntur, cap. quod sicut de elect. tam Prima Tonsura, quam etiam minores Ordines possunt absque Missa conferri, etiam à non jejunio, ut docent duo practici Episcopi, Pia Sec. præx. Episc. par. 1. cap. 1. art. 9. num. 6. Ventrifl. præx. part. 1. adnotat. 44. §. unico num. 8.

2. EXAMINATORES DEPVTOES. Non est necesse, quod Episcopus

in examine ordinandorum adhibeat Examinatores Synodales, sed potest aliis viris peritis hoc munus demandare, ad Tex. claram Concil. sess. 23. cap. 7. de reform.

3. SERVITIO ECCLESIAE N. ADSCRIPSIMVS. In promotione Clericorum mandat Concil. Trid. sess. 23. cap. 16. quod Episcopus illos tantum assumat, quos utiles, & necessarios pro sua Ecclesia judicabit: & hinc oritur, quod servitio alicujus Ecclesiæ tempore collati Ordinis debeant adscribi, quicquid dicat in contrarium, Garz. de benef. part. 2. cap. 5. num. 103. ubi asserit, quod haec adscriptio non sit in usu.

4. Nam iste non usus si forte juxta assertiōhem Garz. in aliquo Episcopatu ita rep̄sit,

repit, hoc evenire potuit ex incuria Episcoporum, quorum negligentia Concilii dispositionem non abrogat: Cum enim Concilium adscriptionem hanc fieri demandet non semel, nec perfunctorie, sed serio, imperative, & in tota serere *eff. 2.3.* de Reform. sequitur, quod non usus non sit allegabilis propter clausulam sublatam, & decretum irritans, quod continetur in quolibet capite Concilii, ut notat Card. de Luc. *adnot. ad Concil. disc. 1. num. 16. & de jurisd. dec. 42. n. 5.* Rot. coram Dunoz. Jun. dec. 899. num. 7.

5. Praeterea erronea suppositio Garz. destruitur ex resolutionibus Sac. Congregationis, quibus firmatur, quod Clerici, qui in ipso Ordinum susceptione reperiuntur adscripti alicujus Ecclesiæ servitio, aliqua competenti mercede assignata, possint compelli ad serviendum, qui vero non fuerunt adscripti, debeant adscribi, secundum necessitatem Ecclesiarum, & si recusent, privari debeant privilegii Clericalibus, ut videre est apud Nicol. *lucub. can. li. 1. t. 22. n. 3. 4. & per tot. & iterum apud Pignatell. conf. 56. tom. 3.* qui Nicolio non citato eadem Decreta licet ordine inverso transcritit.

6. Immò quod Episcopo non adscribente, teneatur Clericum petentem adscribere servitio Ecclesiæ, probat Barbos. *sum. decis. Apostol. Collect. 45. nu. 1.* Hinc que patet, quam dissonum sit, & à veritate alienum, quod per non usum sanctio Conciliaris circa adscriptionem Clericorum servitio Ecclesiæ utilitate plena, in desuetudinem abierit.

7. Idcirco Episcopus peracto examine Ordinandorum, habitaque notula ab Examinatebus omnium approbatorum, illam in libro Ordinandorum ad id per Cancellarium parato, secundum Ordinum dignitatem conscribi faciat, & immediate subsequens subscribat Decretum.

### Decreti adscriptionis Clericorum servitio Ecclesiæ.

#### FORMULA XXI.

#### S U M M A R I U M.

1. Post ordinationem debet publicari Decretum adscriptionis Clericorum servitio Ecclesiarum.

Nos N. Episcopus N.

Ordinationem generali in hac nostra Cathedrali Ecclesia die crastina Deo dante habituri, supra descriptos tamquam utiles, & necessarios pro servitio Ecclesiarum nostræ jurisdictioni subjectarum, idoneosque, & habiles in examine repertos, ad primam Clericalem Tonsuram, Ordines minores, & maiores respectivè promovere in Domino statuimus. Quocirca Decretis Sac. Concilii Trid. inhaerentes, nunc pro tunc, & quando ordinati, & promoti jam fuerint, sciant eos (qui alias adscripti non sunt) fuisse, & esse per Nos adscriptos servitio infrascriptarum Ecclesiarum, in quibus, & alibi ubi jam adscripti forsitan alias fuerint, saltem diebus festis inservire, & functiones suorum Ordinum exercere debebunt, prout presenti nostro Decreto (immediate post ordinationem publicando) adscribimus, & illis inservire, & functiones Ordinum fungi mandamus, videlicet

N. N. Clericus Primæ Tonsuræ Ecclesiæ Parochiali N. loci N.  
N. N. Clericus Acolytus Ecclesiæ Collegiatæ N. loci N.  
N. N. Subdiaconus Ecclesiæ Collegiatæ N. loci N.  
N. N. Diaconus servitio Ecclesiæ Cathedralis.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius Episcopalis.  
G 2 AD.

## ADNOTATIO.

**P**OST ORDINATIONEM PUBLI-CANDO. Debet supradictum Decretum adscriptionis publicari post ordinationem, ut promoti sciant in qua Ecclesia interfervire, & functiones Ordinum ad prescriptum Concilii de mandato Episcopi exercere debeant, & postea in unaquaque Ecclesia, quæ habet Clericos servitio adscriptos, Tabella eorumdem retineri in loco visibili: & ne de eorum adscriptione valeant ignorantiam allegare, fiat de ea mentio in Testimonialibus collationis Ordinis, ut in formula. Si quis autem illorum (ignorando humilitatem status sui) in-

tumescat, & dignitatem non merito, sed divitiis existimet, Ecclesiæque interfervire erubescat, pars hæreditatis ejus transibit ad alienos.

Testimonialium Collationis Ordinum vigore Brevis Apostolici.

## FORMULA XXII.

## SUMMARIUM.

- 1 Indulta Apostolica recipiendi extra tempora Ordines Sacros dispositionem Sac. Conc. Trid. de non ordinandis ad titulum Patrimonii non relaxant.

N. Dei, & Apostolicæ Sedi gratia Episcopus N.

**P**ER præsentes cunctis testamur, qualiter Nos vigore Brevis Apostolici sub datum Romæ.... legitimè recogniti, & sub die.... Nobis exhibiti in nostra Cathedrali Ecclesia dilectum Nobis in Christo N. Dominica, quæ fuit prima mensis.... ad Subdiaconatus, die vero.... quæ fuit festum S. N. ad Diaconatus, & postremò die Dominica, quæ fuit.... ad Presbyteratus Sacros Ordines inter Missarum solemnitatibus juxta ritum S. R. E. & servata forma Sac. Conc. Trid. ad titulum sui Beneficii ritè promovimus. In quorum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

## ADNOTATIO.

**A**ND TITULUM BENEFICII. Indulta Sedi Apostolicæ recipiendi extra tempora Ordines Sacros, dispositionem Sacr. Concil. Trid. de non ordinandis ad titulum Patrimonii, seu Penfornis, nisi ob necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ, non relaxant, prout declaravit Congregatio Deputata ab Innoc. XII. in Decreto super reformatione Indul-torum emanato 14. Decemb. 1693. quo Episcopi ad executionem hujusmodi Indul-torum minimè adstringuntur: quod denuo probavit idem Pontifex in Constitutione pro tollendis abusibus ordinandorum edita de mense Novembri 1694.

Testimonialium Ordinationis non habendæ.

## FORMULA XXIII.

## SUMMARIUM.

- 1 Episcopus ordinando Regulares, qui non sunt Diœcesani, debet exigere Attestationem impedimenti Diœcesani Episcopi.
- 2 Pœna privationis Officii, & vocis, quando incurritur ante sententiam declaratoriam n. 3. & 4.

Uni-

**U**niversis, & singulis praesentes litteras testimoniales inspecturis, notum facimus, & testamur qualiter in proximis quatuor temporibus futuri mensis . . . in hac Civitate N. neque in alio loco Diocesis ob adversam valetudinem (sive aliud impedimentum, vel absentiam). Illustrissimi, & Reverendissimi D. mei Episcopi, Ordinationes non celebrantur. In quorum fidem &c. Datum &c.

N. Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

#### ADNOTATIONES.

**N**ON CELEBRANTUR. Hæc testimonialis debet exigi à Regularibus, quando petunt ordinari ab alio Episcopo, quam Diocesano, à quo solo juxta Decretum Sac. Congr. Concilii ius fu, & approbatione Clementis VIII. editum, (de quo in formula inductionis Ordinationis habenda supra mentionem fecimus) promoveri possunt, & debent.

2. Etenim non semel accidit (expertus loquor) quod hi ad effugendum examen Episcopi Diocesani, quem rigorosum timent, & ab eo reprobari reformati, mitiorem, & indulgentiorem exquirant, illumque propterea absentem à Diceensi, vel infirmum, aut impeditum, & Ordinationem non tenentem effingere non ventur, neque dubitant.

3. Et hoc faciunt quia eorum Provinciales, & Superiores de absentia, aut impedimento Episcopi Diocesani, (pro-

ut tenentur ad formam dicti Decreti) nullam mentionem faciunt in litteris Dimissorialibus, sed illas dirigunt Diocesano cum clausula illa æquivoca -- vel eo impedito ad quilibet alium, ut videre est in formulis Dimissorialibus à Lantusch. extensis, & relatis in suo Theatr. regular. in verb. ordo. Et sic ordinandi Decretum Apostolicum facile elidunt, & Superiores poenas in eo comminatas parvi faciunt, innixi sententiæ in ore serè omnium Authorum Regularium positæ, quod poena privationis officii, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrienda in lege superioris imposita, & contenta, non obliget in conscientia ante sententiam declaratoriam super commisso criminis, de qua latè Passerini. de elect. cap. 25. quest. 51. per tot.

4. At falluntur, quia ubi crimen, & legis transgressio est notoria, ut in hac facti specie, declaratoria Judicis non requiritur, ut de communi testatur Fagnani. in c. quod à Praedecessore n. 68. de Schismat.

Testimonialis Cancellarii Ordinationis habitæ.

#### F O R M U L A XXIV.

**E**GO Cancellarius Curiae Episcopalis N. infra scriptus. Universis, & singulis per praesentes fidem indubiam facio, atque attestor, qualiter Illustrissimus, & Reverendissimus D. N. Episcopus N. die . . . quatuor temporum mensis . . . in Cathedrali Ecclesia N. existens, praesentibus ibidem RR. DD. Dignitatibus, & Canonis Capituli, alisque Presbyteris inter Missarum solemnia, generali Ordinationem celebrando juxta ritum S.R.E. & adhibitis solemnitatibus consuetis, servatisque Sac. Concil. Trid. Decretis, & Sac. Canonum

Monacelli Form. Pars I.

G 3 Con-

Constitutionibus, aliisque de jure servandis, infra scriptos ad minores, & maiores Sacros Ordines ritè promovit, & ordinavit, videlicet

Ad primam Clericalem Tonsuram.

N. N. & N. N.

Ad Ostiariatus Ordinem.

N. N.

N. N.

Ad Lectoratus Ordinem.

N. N.

N. N.

Ad Subdiaconatus Ordinem.

N. N.

N. N.

Ad Presbyteratus Ordinem.

N. N.

N. N.

Prout latius ex libro Ordinandorum in hac Cancellaria legaliter retento constat. In quorum fidem &c. Datum &c.

*Ita est N. Cancellarius Episcopalis N.*

## T I T U L U S IV.

### De Litteris Dimissorialibus, Commendatitiis, & Testimonialibus.

Litterarum Dimissorialium pro prima Tonsura.

#### F O R M U L A I.

#### S U M M A R I U M.

*1 In Regno Neapolitano Dimissorie diriguntur ad certum Episcopum.*

*2 Dimissorie, ut quis possit promoveri a quocunque, non sunt concedendæ sine justa causa.*

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

*Dilecto Nobis in Christo &c.*

**U**tu, qui legitimis es procreatus natalibus, Sacramento Chrismatis delibutus, bonis moribus ornatus, fidei, legendi, & scribendi erudimentis imbutus, & aetate legitima constitutus, a quocunque Illustrissimo, & Reverendissimo D. Antistite ritè, & canonice promoto, gratiam, & communionem Sanctæ Sedis Apostolicæ habente, quem idè adire malueris, ad primam Clericalem Tonsuram